



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

7 de Quibus iuretur, & de iis qui iurare debent vel coguntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

& bonæ vitæ. Quarto, quod causa non sit magna, sed modica. Quinto, quod semiplena probatio non sit aliquomodo elisa per probationes contrarias. Sexto, quod iuramentum sit petitum ante conclusionem in causa. ¶ Sed & multo cautius est agendum, in iuramento quod dicitur in litem: iuramentum videlicet affectionis, quod Iudex concedit petitori actori, vt ex affectione iurata litem postea æstimet, quanti sua interfit, vel putet interesse. Vnde iuramentum affectionis dicitur, *h. per alium, §. i. ne quis eum qui in ius voca. est. vi. exi. l. 1. §. 2. l. videamus, de in lit. iur. P.*

14 ¶ Considerabit hic Iudex res, personas, negotium & causas. Res pro qua iuratur in litem, debet esse, in quam cadat effectio in specie, non in quantitate, *l. numis, de in lit. iur. P.* nisi forsitan obligatio quantitatis in locum obligationis certæ speciei successerit, *Bart. in l. in actionibus, n. 3. eo.* Actio item pro qua iuratur hoc modo, debet esse bonæ fidei, directa, aut in rem, aut ad exhibendum, *d. l. in actionibus, eo. l. 3. §. in hac, commod. P.* contrariæ namq; actiones, illud non admittunt, *l. i. §. depositi quog, §. l. ei apud quem, de pos. P.* ¶ Persona quæ iuratur, debet esse habilis, vt sit dominus litis, *l. vulgo, de in lit. iur. P.* non pupillus, *l. videamus, eo. plura & alia requirit Iason, in d. l. in actionibus, de in lit. iur. P.* ¶ Pro forma quoq; permissiois iuramenti huius, cõcurrere debent difficultas æstimationis eius quod petitur, contumacia, & dolus proprius præcedens aduersarij, contra quem petitur, *Bart. post gl. in d. l. in actionibus, eo. §. ibi Iason hoc bifariam limitat, canouista in c. fin. de eo quod met. cau. factu. textus in l. semper, §. in hoc autem edicto, quod vi aut clam. P. probat expresse l. 1. §. 2. l. videamus, §. fin. de in lit. iur.* nisi agatur de actionibus bonæ fidei, in quibus sufficit dolus aduersarij, etiam si non cõcurrat difficultas probationis, *d. l. numis, §. ibi Fulgos, de in lit. iur. P.* vel nisi agatur de actione ex emto, in qua non iuratur in litem, quia venditor potest liberari præstando id quod interest singulariter emtoris, nec committit ea ratione dolum, *l. i. de actio. em. P. l. qui tibi, in fi. de heredi. vel act. vend. deo non sit taxatio in infinitum, l. i. C. de senten. qua pro eo quod int. pro. 17 fer. nec per consequens iuratur in litem, cuius iuramentum est in infinitum, d. l. videamus, 4. §. iurare, de in lit. iur. P.* id est, vt qui admittitur ad iurandum, non habeat definitam summam, vel duplum vel sim. plium rei, pro qua iuratur, vt dicitur in taxatione eius quod interest, *d. l. i. de sent. qua pro eo quod int. C.* sed possit ex nutu quantum censuerit sibi præstandum exprimere, & ita iurare. Nõ autem hic oportet existimare æstimationem esse immensam ex iuramento: nam ad arbitrium Iudicis pertinet, postea æstimare, & modum iureiurando statuere, *d. l. videamus, §. pen. §. si. §. d. l. in actionibus, de in lit. iur. l. 3. ad exhib. P. l. arbitrio, de dolo. P.*

18 ¶ Pro culpa non datur hoc iuramentum, sed tunc res sola æstimatur, *l. 2. l. videamus, §. si. de in lit. iur. nec pro alius, nisi deferente Iudice, d. l. videamus, §. deferre, qui dolum considerat quãdo commissus sit, & in quibus. Ita in contractu stricti iuris, si dolus ab initio commissus, & postea in non parendo Iudicis præcepto, nõ restituendo, iurabitur in litem, *Bart. in d. l. in actionibus, nu. 14.* aut si in non restituendo solummodo quis contumax sit, *l. 1. §. 2. de in lit. iur. l. qui restitueret, de rei vind. P. l. arbitrio, 19. in princ. §. 1. de doli. In bonæ fidei iudiciis, si dolus ab initio commissus, & postea in non parendo iudici, iuratur quoque in litem in l. si cui, §. i. loca. P.* Quod si ab initio quidem commissus sit, vt in malæ fidei possessore hereditatis, sed cesset post sententiam in non parendo, puta quia forsitan res petita interit, non iuratur in litem, *l. si possessor, in 1. §. si de peti. heredi. P.* Si tamen cesset in non parendo iudicis restitutioni, re existente, puta quia rem vendiderit, iurabitur, *d. l. si possessor in fin. §. i.* Iuratur & contra tutores qui repositum non fecerint rerum minorum, cum cõperit tutelam gerere, propter latam culpam quæ dolo æqualis est, *l. tutor qui repositum, de adm. tuto. P. l. 4. de in lit. iur. P. l. pen. C. eod.* Et si contra heredes eorũ non iuretur, ex tutorum dolo: nisi & ipsi heredes dolum commiserint in eo inuentario non faciendo, *l. fin. C. eo.* Cuius autem sint partes iurare, docet *l. videamus, de in lit. iur. P.* Regulare autem est, non iurari in litem contra heredes dolum committentis, nec eos teneri ex eo, si is decesserit ante litem contestatam, idque sine dubio, *l. 2. §. 3. eod. C.* At quando post litem contestatam decesserit, distinguitur, ratione actionum bonæ fidei vel stricti iuris. Nam in contractibus bonæ fidei, aut dolus, aut culpa dolo similis, in casu quo iuratur in litem propter culpam, ante litem contestatam commissus, commissus est: veluti si reus ante litem contestatam occiderit, vt in *l. pen. de in lit. iur. C.* & tunc iuratur contra heredem aut post litem contestatam, & tunc non iuratur, *l. eius qui delatorem, de iure iur. §. i.* In stricti iuris vero actionibus arbitrari-*

is, reo defuncto ante sententiam, non videtur posse iurari contra heredem ex dolo, *vide Bartol. in l. in actionibus, numer. 21. de in lit. iur. P.* ¶ Finis & ratio eius iuramenti supplementum habent probationis, & castigationem doli & contumaciæ, *l. 1. & 4. in fin. de in lit. iur. P.* Vnde in *d. l. 4. §. fin. probatione adueniente, cessat æstimatio per iuramentum facta, vide & §. oportet, de iudicibus in Authen. auth. post iurandum, C. de iudic.*

¶ Aliud genus iuramenti, mixtum ex iudiciali & extraiudiciali, diximus esse purgatorium, de quo iam in probationibus diximus, proprio c. de purgatione canonica & vulgari.

De quibus Iuretur, & de iis qui iurare debeant, vel qui cogantur. Cap. 7.

- 1 Iurare de quibus soleat: & qui iurare cogantur, vel non num. 2. §. seq.
- 3 Pueri efficaciter non iurant.
- 4 Puberes & proximi pubertati obligantur iuramento.
- 5 Furiosi non iurant, nec peierare dicuntur quare.
- 6 Iurat quilibet pro suo fidei, non pro alieno regulariter.
- 7 Iuramentum in litem non præstatur ab impubere vel pupillo.
- 8 Procurator pro alio iurat ex mandato speciali.
- 9 Iuramentum non præstat virgines vel uxores ex voto.
- 10 Iuramentum non admittendum eorum, qui utilitatem inde aliquam sibi vel alius parant.
- 11 Presbyteri an iurent.

EX t superioribus satis liquere arbitror, de quibus in promissione, assertione, & confirmatione iuretur: nempe de rebus serijs, honestis, vtilibus & necessarijs, iustis, & discretionem habentibus. ¶ Profero breuiter qui iurare efficaciter vel cum obligatione possunt. Et quidem, si queratur de præiudicio eius qui detulit iuramentum, tuerit illud leges aduersus eum, cuiuscunque sunt lexus aut ætatis, qui iurauit, *l. qui iurasse, 26. de iure iur. P.* Imputare enim sibi debet, qui ei fidit, & qui si dem sibi iurantis elegit, *l. cum mandato, de mino. 25. an. P.* Et ætas minoribus, in damnis subuenire, non in prospere gestis obesse consuevit, *l. nõ est minus, C. de procurato. l. neq. iuroris, de contra. vel com. stip. C. l. 1. C. qui legi, post stan. in iudi. hab. l. contra iuris eiusus regulas, de pact. P.* At si queramus de efficacia iuramenti contra alios, & de obligatione iurantis, dicimus etiam omnes iurare posse cuiuscunque lexus sint & ætatis, nisi speciali nota prohibeantur, *l. qui iurasse, de mulieribus passim se offerunt iura. c. cum contingat, de iure iur. ca. licet, eod. in Sex. ca. quamus, de pact. in Sex. cum similib. ¶ Excipluntur autem primum, qui animi iudicio carent, vt pueri parualis, c. parualis. c. pueri. c. bonestum, 22. q. 5. illis enim non est iudicium, l. i. impuberes, de sal. mone. C. l. cum prator, de iudic. P.* quod requiritur in iuramento, c. §. si Christus, de iure iur. non velle habent, *l. pupillus, de reg. iur. P.* nec discernere possunt, non magis quam furiosus, *l. more, §. si cum l. seq. de acqui. her. P.* Sed si iuramento opus est, tutor pro impuberibus iurat, *l. 2. §. quod obseruari, C. de iuram. calum. ¶ Puberes vero obligantur iuramento, constit. sacramenta puberum. C. si aduer. vendit. & qui proximi sunt pubertati, §. de liber. cau. P. & Bart. ad d. constit. sacramenta puberum quia & ex delictis tenentur, c. i. de deli. puero. l. impunitas, C. de po. l. 2. C. si aduer. del. Proximus pubertati dicitur, masculus a decem annis & sex mensibus, vsque ad quatuordecim: mulier a nono & dimidia, vsque ad duodecim, *glo. in §. pupillus, de immul. stipul.**

¶ Furiosus multo magis iuramentum non defertur, nec peierate dicuntur si iurent: quia iudicio etiam carent, *d. l. cum prator, de iudic. P.* neque vllum negotium recte contrahunt vel gerunt, *l. in negotijs contrahendis, §. l. furiosus, de reg. iur. P. §. furiosus, de inut. stip. & habentur pro absentibus, l. 2. §. furiosus, de iure codicil. sine consensu, l. qui ad certum tempus, loca. P. sine animo, l. 1. §. adpositum, de acqui. possess. P. ¶ Vnquifque etiam pro se tantum, & de facto suo, regulariter iurat: & nemo pro alio iurare cogendus est suo periculo: non mater pro filio: non tutor vel curator pro minore vel pupillo. Graue enim visum est, ignorantem & inuitos, sub alieni compendij emolumento perituri anceps subire: volentibus autem licet. Vt & in purgatione vulgari compurgatores iurant pro eo qui se purgat, c. i. c. quoties, c. constitutus, & similib. de purgar. cano. ¶ Pupillus autem & impubes in tutelari causa non iurant vel pro se in litem: vt de istis testis locupletissimus *Vlp. in l. videamus, 4. de in lit. iur. ¶ Per Procuratorem iurare possumus, cum speciali mandato ad iurandum constitutum vel in rem suã: nõ alter, l. iur. adu. quod ex conuentione, 17. §. si. & l. alius autem, 18. de iure iur. P.**

Quo

